



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Futura prænunciat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

tus, assiduusque; pietate in Deum,
& caritate in proximum flagrabat;
de se ipse demissè, abiectèq; sentie-
bat. Cœnobium B. Franciscæ Ro-
manæ omni ferè tempore dulciter,
ac sine querela rexit.

Diem obitus sui priusquam le-
ctulo decumberet, prævidit, prædi-
xit: morti proximus sacramentis
Ecclesiæ munitus supremum diem
maxima cum significatione pieta-
tis explevit eodem, quem diximus,
anno nonagesimo primo. xvij Kal.
Iulias.

Futura prænunciat.

*Totam rē
præter P.
Desideriū
& Iannē
Comparot-
tū me-
dicū, duo
oculati te-
stes publico
testimonio
confirma-
runt.*

HOc etiam anno. xj. kal. Aug. P.
Desiderius Consalius ordinis
S. Dominici in grauem morbum
incidit; morbum pestifera febris se-
cuta est, febri phrenisis accessit. la-
cebat æger in lecto vi mali victus, &
si medicis crederes, nulla spe salutis.
Eo interim ad finem properante e-

uocatur

uocatur Philippus ad P. Franciscū
Bencinum grauitèr itidem ægrum
sed non ad desperationem medico-
rum laborantem; qui mox, is, dixit,
ex hoc morbo non conualefcet; tū
Patrem Desiderium adiens, Benci-
nus, iterum ait, præfenti ægrotatio-
ne morietur. Illud his subnectam,
vixdum Desiderij cubiculum atti-
git, cum ad se æger reuertens, tanto
confestim gaudio ex sola viri præ-
fentia repletur, vt sibi ipse sanus iam
effe videretur. Neque eum opinio
decepit: Philippus namque mani-
bus super illo impositis, confide di-
cebat, breui conualefcēs. Nec mora;
Æger delirio, phrenesi, & somno-
lencia solutum se animaduertit: fe-
bricula demum, quæ ex morbo re-
liqua erat, liberatur. Is itaque cum
à media morte ad vitam reuocatus
effet, ab amicis dici cœptus est non
iam Desiderius, sed Lazarus Redi-
uius: quo vocabulo in hunc vsque
diem à quibusdam nominatur.

Ioannes Comparottus medicus qui vtrunq; curabat, vbi prædictioni euentum respondisse vidit, Philippum vt Dei amicum magis, magisq; venerari cœpit. P. Desiderio salutē diuinitus redditā B. viro pro eo orante affirmavit; simulq; adiecit, ingenti se admiratione affici cogitantem P. Bencinum, de cuius salute medici haud desperarāt, diem obijisse, & P. Consaluum, qui omnium opinione mortuus credebatur, contra omnem medicæ artis rationem è morbo euasisse incolumem.

*Eam rem
vt ceteros
fileam iu-
returando
enūciarūt
Principes
femina
Beatrix
Caietana,
& Iulia
Vrsina
Rangona
vt aq; e-
nim spe-
ctaculo in-
terfuit.*

Moribundam feminam mira in ea operando extremo adiuuat certamine.

Femina Princeps eodem anno, Augusto mense, ad vltima, summa vi morbi adducta venerat, extremaque etsi patiebatur, signa tamen apparebant in ea, quæ serierem mortem denunciarent: hanc Philippus; cui⁹ pectus flagrabat charitate, visit, cumque paulisper pro

illa